



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sulpici[i] Severi Presbyteri Opera Omnia

Sulpicius <Severus>

Amstelodami, 1665

Seleucus Philopater Rex Syriæ. Seditio Iudæorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11490

rursum pace corrupti, miscere omnia seditionibus, & turbare cœperunt, affectantes summum sacerdotium libidine, avaritia, & dominandi cupidine. Namque primum ¹ sub rege Seleuco, ² Antiochi magni filio, ³ Oniam sacerdotem, ⁴ virum sanctum atque integrum, ⁵ Simon quidam falsis apud regem criminibus insimulatum, ⁶ exquirere nequiverat. Interjecto deinde tempore, ⁷ Jason frater Oniae, ⁸ Antiochum regem, qui Seleuco fratri successerat, adiit, ⁹ augmentum stipendi polli-

¹ Sub Rege Seleuco.] Seleucus iste fuit septimus rex Syriae, cognomento Philopator sive Philopater: cui Epiphanes successit anno cccxxxvii. regni Græcorum, quod à Seleuco Nicanore initium dicit. *Drus.*

² Antiochi magni filio.] *Antiochus rex Syriae victo p. Philopatore Judæam sibi feciat.* Eusebius ex Josepho scripsierat τὸν ἀδειαν προστίχον, id est, sibi adjungit, subjicit. Quippe inter Seleucidas & Ptolemaeos proprie tertamen erat, utri cavam Syriam occuparent. Judæa vero erat περιονταπλάνημα, accessionis instar, & ceu navis modo à borea, modo à noto huc & illuc confusa. *Capellus.*

³ Oniam sacerdotem.] Oniam tertium, Simonis secundi F. ad quem Arius sive Arius rex Lacedæmoniorum legatos misit. Ita Eusebius & Josephus. A quibus dissentit doctissimus Scaliger, qui ab Ario legatos missos ait ad Oniam Iadduz F. sub Seleuco Nicanore, quo tempore Arius quoque ille erat in vivis, post quem nullus alias Arius in familia regia fuit. *Drusius.*

⁴ Virum sanctum & integrum.] אִישׁ חָסֵד וְחַמִּימָד id est, ὅστις οὐ ἀμαρτῶν ἡ τέλειον. Α' μωμόν, id est, immaculatum, sine macula. Hujus meminit Breviarium Jasonis c. 111. τὸν δικαῖον τοινυ πόλεων οὐ τὸν νόμον ἐπικαλεῖται οὐτηρεψίαν Διγ' τὸν Οὐτὸν δέχεταις σύστασιν τοῦ μισθωτοῦτον, σωτῆσαις οὐ αὐτὸς τὴς βασιλεῖς πημάν τὸν πόνον. Vide sequentia.

⁵ Simon quidam.] Idem liber, Σίμων δὲ οὗτος οὐ Βενιαμίν φυλῆς απεργάτης ἐγέρθη καθεσταθεὶς. Hinc discimus primum Benjamitam fuisse: deinde præpositum templi. Vide 11 Machab. IV. 1. *Idem.*

⁶ Exquirere nequiverat.] Giselin. extere. Sigan. extinguere. An hoc egerit Simon, nescio: hoc scio 11 Machab. III. γ. 6. haberi, οὐ τικήσας τὸν Οὐτὸν μηδενιάτην, Proinde legendum putarim hoc loco, vincere nequiverat. *Drusius.*

⁷ Jason frater Oniae.] 11 Macchab. IV. Qui sic vocari maluit quam Jesus: quod est nomen Ebraicum, ut illud Græcum sive Hellenisticum, unde scripsierat libentius Jaso. Ἰάσων, Jaso; ut Πλάτων, Plato. Sic Zeno. Similiter scribi posset Simo, nemo ex Græco Σίμων. Nam Ebraicum Simon non abicit N. Moris erat illo tempore ut nomina Ebraica cum Græcis permutarent. Sic ex Jesus factum Ιάσων. Similiter frater Onias dictus est Menelaus. Nihil dico, si non Tarphon ex ea consuetudine mutavit in Τρόφων, qui Latine Trypho diceretur. Sic hodie quidam Janus dicunt pro Johannes. *Drus.* Vide Joseph. xi. 1. cap. 6.

⁸ Antiochum Regem.] Cognomento Επιφανῆ, id est, Illustrēm, qui post Επιμελῆ dictus est, id est, Inflatus. Hac acciderunt post excessum Seleuci, anno regni Græcorum, id est, Syro-Macedonum, cxxxvii. *Drus.*

⁹ Augmentum stipendi pollicitus.] Talenca tria millia sexcenta sexaginta. Joseph.

pollicens, si sibi summum sacerdotium traderetur. Et quam-⁶
quam insolitum, neque ante permisum cuiquam erat¹ per-
petuo sacerdotio perfungi: solicitus tamen regis animus,
atque æger avaritia, facile superatus est.² Ita depulso Onia,⁷
Jasōni³ sacerdotium est mandatum. Is fœde admodum⁸
⁴cives patriamque laceravit. Dein quin per Menelaum⁹
quendam,⁵ Simonis illius fratrem, promissam regi pecu-
niam

seph. οὐδὲ τὸν προτελέαν. trecenta
quinquaginta, & ex redditibus aliis talen-
ta lxxx. Epitoma Iasonis. Hic denuo
stipendum dixit pro tributo aut vesti-
gali. Drus.

1 Perpetuo sacerdotio perfungi.] Lege, *perpetuo sacerdotio non fungi*: aut cum Si-
gonio, *non perpetuo sacerdotio perfungi*. Nam usque ad hæc tempora pontifica-
tus fuerat perpetuus. Sequentia quoque
corrupta esse judicat Siganus, atque
ita corrigit, *tamen rex avaritia præva-
lente Oniam depulit, & Jasoni pontifica-
tum concessit*. Drusius. Violatam vult
contra Josephum legem, primo in Ia-
sonis initis, non in ejus abdicatione.
Corrigendus autem proculdubio est, ut
Siganus & Drusius monuere; nec sine
negatione legenda verba illa, *perpetuo
sacerdotio fungi*. *Non perpetuo sacerdosio*,
aut *perpetuo sacerdotio non fungi*, ipsum
quidem scripsisse dubitari nequit. Ita
res ipsa nemini non manifesta postulat.
Et Sulpitius sane alia habet Iosepho ni-
mis adversa. Seldenus.

2 *Ita depulso Onia.*] Demortuum scri-
bit Iosephus Oniam tertium. Alii au-
tem eum Pontificatu ab Antiocho de-
pulsum ajunt, ut Sulpitius Severus lib.
ii. Et vide Iasonis Cyrenæ breviarium
capite iv. Quin & ipse Iosephus libro
de Rationis imperio cap. iv. diserte de
Antiocho, καὶ αἰλυότες, inquit, τὸ Ο'-
νιαν τὸ δραχμωσιῶν. Τὸ δῶνα τὸ
ἀδελφὸν αὐτῷ κατέσησεν δραχμέα,
Oniam Pontificem exautoravit, atque Ia-
sonem fratrem ejus in Pontificatum evexit.
Quin paulo post iisdem artibus & duplo
fere quam dederat Iason, Menelaus,

qui & Onias nominatus, (nam præ E-
braicis jam Græca nomina, ut etiam
& mores, malle cœperunt) licetur, &
cauponante Pontificatum Antiocho, in
dignitatem, fratre abdicato, evenitus
est. Et tunc primum, pro dominan-
tium libidine, & perentium ambitio-
ne, Pontificatus in tempus dari atque
auferri coepit, qui antea perpetuus
neque pro libitu exuendus erat. Iose-
phus lib. xv. cap. 3. ἡδὲ ἀλλογένει πε-
ριφύρεθε τὴν πολὺν ἄποιντα δραχμα-
σῶν. ἀλλὰ τερψθεὶς ὑπὸ Αὐτίοχος ὁ
Επιφανῆς ἐλυτεῖ τὸ νόμον, αφελό-
ιδημοὶ μὲν ἱνοῦν, καὶ εξίσους τὸ αδελ-
φὸν Οὐλέαν. Neque solebat honor hic se-
mel assumptus abrogari. Sed primus Antio-
chus Epiphanes eam legem violavit, abdi-
cato Iesu & substituto Onia fratre ejus. Vi-
de his eundem lib. xi. cap. 6. & lib.
xiii. cap. 15. Eusebium numero M¹
ccc lxv. & ii Maccab. 4. Seldenus.

3 *Sacerdotium est mandatum.*] Et una
principatus. Nam ea auctate penes ponti-
ficem etiam principatus erat. Id colli-
go ex ii Machab. iv, 10. ubi summum
sacerdotium diserte principatus appelle-
latur. Porro sacerdotium hic est ἵερω-
σιον, & idem valet atque δραχμερω-
σιον. Sic ἵερος usurpatur pro δραχ-
μοῖς, ut Auctor. 5. 24. Sed & i Machab.
15. 1. Σίγεων ἵερεi, mox se explicat
cum ait, ἵερεi μετράω. Drus.

4 *Cives patriamque laceravit.*] Initio
ritus Graecanicos introduxit & gymna-
sium Ierosolymæ instituit: post, cum
Menelaus ei esset suffectus, urbem ca-
dibus implevit. Vid. ii Mach. v, 6. Drus.
5 *Simonis illius fratrem.*] ii Mach. iv, 24.

Si

niam misisset, patefacta semel ambitioni via ¹iisdem artibus quibus Jason prius, *Menelaus* quoque sacerdotium ²obtinuerat. Nec multo post, quum is promissum argenti modum non reddidisset, loco pellitur, ³*Lysimachus* substituitur. Inde ⁴inter Jasonem & Menelaum fœda fuere certamina, donec Jason profugus ⁵patria excessit.

XXVII. His initii corruptis moribus, eo usque processum, ut ⁶plerique popularium ab Antiocho poscerent, ²permitti sibi ⁷more gentilium vivere. Quod quum rex potentibus annuisset, certatim pessimus quisque delubra extruere, idolis supplicare, ⁸legem profanare occœperat.

Inter-

Si Maccabrorum historiam sequimur, Jason ille ultimus Pontifex erit ex posteris Eleazari. *Sigonius*. Sic Iaso Cyrenæus. Alter Iosephus Origin. lib. xi. i. cap. 6. & Eusebius in Chronicō. Scribunt enim hunc fuisse fratrem Jasonis, alio nomine Iesu dictum. *Druſ*.

¹ *Iisdem artibus.*] Emit pontificatum, ut antea Iaso fecerat, trecentis argenti talentis eum supergressus. II Macch. iv, 24. *Druſ*.

² *Obtinuerat.*] *Sigon.* obtinuit. Probo vehementer. *Druſ*.

³ *Lysimachus substituitur.*] Frater Menelai, II Machab. cap. 14, 29. *Druſ*. Jason Cyrenæus quarti filii Simonis, scilicet Lysimachi, successionem memorat. Οὐαὶ, inquit, Μενέλαος ἀπελιπτὴ τὸ αὐτοχρωματίης διάδοχον Λυσιμάχον τὸ εἰωθὲ αἰδελφὸν. Et Menelaus reliquit pontificatus successorem Lysimachum fratrem suum. Reliquit scilicet, ut qui ab Antiocho Eupatore necatus non relinquare nequiret. Nam apud Iosephum & Eusebium, Menelaus Pontifex ita sublatus est. At illi, uti & Nicephorus, non Lysimachum, sed Alcimum proximum faciunt successorem, de quo inferioris. Certe & Iosephus verbis expressis Oniam seu Menelaum νεώτερον αἰδελφὸν, natum minimum fratrem Jasonis fuisse ait. Neque alibit tribuit plures Simoni secundo filios. Vulgata autem de Lysi-

macho, *Menelaus amotus est à Sacerdotio, succedente Lysimacho fratre suo*. Si abdicationem ante obitum intelligendam velis, refragatur Iosephus, qui secundum abdicationis perpetuæ hujus ex sui natura dignitatis exemplum, in Hyrcano Aristoboli fratre ponit. Sed & Sulpicius heic: *Nec multo post, quam Menelaus promissum argenti modum non reddidisset, loco pellitur, Lysimachus substituitur*. Selenus.

⁴ *Inter Jasonem & Menelaum.*] II Macch. 5.

⁵ *Patria excessit.*] Fugit ad Ammanitas sive Ammonitas, II Macch. 19, 26. profugus in Ammanitidem expulsus est regionem. Ubi notabis Ammanitidem dici, qua vulgo Ammonitis. Sic Ammanitæ qui & Ammonita. Crebrum hoc in editione τῆς ἑρμηνείας. *Druſ*.

⁶ *Plerique popularium.*] In quibus Tobiz filii, qui à Menelai partibus stabant. Iosephus Antiquitat. lib. xii. c. 6.

⁷ *More gentilium.*] Ritu Greco-italicō. Iosephus: Major populi pars actionem Jasonis sequebatur; quorum vires non sustinentes Menelaus & Tobiae filii secesserunt ad Antiochum, dicentes se velle relias patriis institutis ac legibus, religiom etiis & Greco-italicos ritus assumere. Vide sequentia lib. xii. cap. 6. *Druſ*.

⁸ *Legem profanare.*] Καὶ τῶν τοιδιῶν οὐεῖσθαι επεγάλυψαν, ἵνα ἀ-

eis